



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Habacvc Propheta**

**Habakuk**

**Argentorati, 1526**

**VD16 B 3952**

Ficus enim non florebit, nullum inuite germe[n] erit, labor oliue[m] deerit,  
agrino[m] proferent alimoniam, pecudes e ma[n]dris rapientur, neq[ue]  
ulli in stabulis boues relinquuntur. XVIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35974**

## ANNOTATIONES.

Hoc est medulla & ossa mea marcescunt. Hi enim omnes Hebrei sermonis tropi sunt, puta, Cor letū impinguat ossa, Triste uero aut inuidū cor sanie ossa replet. Quod tantum ualeat, animus letus, dimidij corporis uice est. Animus mōrens, uel ossa debilitat, quæ omnia experientia probat, ut sequitur.

In me enim conturbatus sum.

Hoc est, ut dixi, tristitia mea, in uentre, labijs & osibus, talia mihi parat.

Vtinam quiescere possem tempore tribulationis, Quando ascendemus ad populum debellantem nos.

Hoc est, morime malim, ac in monumento cubare, quam istam audire erumnam, quod ex hac terra, in inimicorum nostrorum terram qui bello captos nos abducent, demigrandum sit, malus enim rerum in terra nostra status erit, ut sequitur.

Ficus enim non florebit, nullum in XVII.  
uite germē erit, labor olivę deerit, agri nō proferent alimoniam, pecudes ē mādris rapientur, neq; ulli in stabulis boves relinquuntur.

Id est abducto populo, terra deserta est, neque uera agricultura, nec iumentorum educatio, sed omnia miserandam præbent faciem. Quemadmodū & Esaias.

hilg

Cap. IIII M. E V T H. IN H A B A C V C

utili precio terram comparandam p̄dixit, quom p̄au-  
ti adeo in ea demorarentur, id quod e.g. Moze in Leui:  
p̄dixit, habituram sabbatum suum, terra, ubi exca-  
exacti fuerint:

xix. Ego uero lætabor in Domino,  
Gaudabo in Deo salute mea.

Id est in omni eiusmodi tribulatione mea & angu-  
stia id me consolatur, quod Deus adhuc nobis auxilia-  
turus sit, nec dū enim uisiones prophetarū finitae sunt,  
Christus adhuc uenturus est, tūm uero rursum exulta-  
bimus.

xx. Dominus dominus uirtus mea, qui  
pedes meos ueluti ceruorum ponet, su-  
perq; excelsa perducet me alte canen-  
tem in organis.

Versus ille ē Psalterio desumptus est, Sic enim Da-  
uid ait Psal. 17. Dominus pedes meos ueluti ceruorum  
faciet, & in altum perducet me, Quæ omnia tantum  
ualeat, Dominus adhuc mihi, & Deus & fortitudo q;,  
ideo lætabimur & exultabimus, ac ueluti cerui salic-  
mus, tam enim leues pedes nostri fient, nec amplius in  
cēno uadabimus, aut reptabimus, sed omnino pre gau-  
dio in aëre feremur & uolabimus neque quicquam fa-  
ciemus, quamquod laeti canamus, ludamus, & nihil no-  
leticiarum agamus. Id fiet, ubi sceptrum Babylonici  
maledictū & deuastatiū, nos uero redempti fuerimus,